



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Paulus. 15. Januarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

2. Cùm hoc lumen intellectum illuminat, excitat etiam voluntatem; Hoc enim interest pios inter & profanos libros, quòd hi quidem sterilem aliquam lucem menti præbeant; illi verò & mentem illuminent, & pectus sacris ardoribus accendant, quod videre licet in Sanctis, Hilario, Augustino, & Ignatio, quorum primus conversus est lectione Evangelij; alter Sancti Pauli; tertius vitæ Sanctorum. Nescis, an velit Deus, ut prædestinationis tuæ gratia pendeat à lectione pij alicujus libri,

3. Cùm pium librum legis, persuasum tibi sit (inquit Augustinus) verba libri hujus esse verba Dei, qui vult, ut ea, quæ legis, & intelligere, & ad usum revocare studeas. Oportet, ut egregiam semper aliquam sententiam memoriâ retineas, eam interdum in die, in animo volvere, & regere stare possis; sed cura potissimum, ut praxis lectionem sequatur. *Sit tibi assidua lectio, vel oratio, nunquam Deo loquere, nunc Deus secum.* Cyprian.

S. PAULUS.

15. Januarii.

Omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest esse meus discipulus. Christus Lu. 14.

PAVLVS Thæbaeus XV. annorum adulescens plus Decium quàm cremum horripuit:

ruit. Certè hoc unum imprudens Decius
 boni fecit, quòd ex Christianis Eremicolas
 fecit. Eos inter deinceps PAVLVS perhibe-
 tur, cui in centesimum usque annum ac de-
 cimam spelunca reatum, una eademq; ar-
 bor Palma & victum & vestem dedit. An-
 nus agebatur Christianus CCCXXXIV. cum
 ad eum divino jussu visit Antonius, atque
 tunc prudens dispensator Corvus, qui an-
 nos jam LX. dimensum suum PAVLO quo-
 tidie afferre assolebat panem dimidiũ, hos-
 pitis memor duplicavit annonam. Secun-
 dum hæc, cum, ita monente PAULO, ve-
 stem sepulturæ allatum iret Antonius, pri-
 usquam rediret, abire inter Cælites in Cælos
 amicum videt; reperitq; genibus humi ad-
 huc fixum, passisque brachiis omnino oran-
 ti similem. Cum ultimum proinde officium
 mortuo præstaret, in eo socios duos Leo-
 nes habuit, qui sepulchrũ egestâ humo pa-
 rarunt, & mœrenti Antonio crebro mœ-
 roque rugitu & ipsi adgemuerunt. Hinc
 domum revertit nimium quantum gaudens
 poliiis opimis, hoc est tunicâ PAVLI è fo-
 lis palmæ concinnatâ. Certè non nisi max-
 imis quibusque diebus festis in ea visus est
 superbire, ut ego minùs jam mirer ab Hic-



38. (odo)
ronymo eam palmata etiam Imperatorum
purpure pralata, quando in illa magnus
Antonius triumphavit. Ex S. Hieron.

MEDITATIO

In vitam Sancti Pauli.

1. **S**PAULUS, declinans occasiones peccandi, fugit in solitudinem, cum animadvertit, fidem & castitatem Christianorum, deliciis oppugnari. Si amas hanc virtutem, si tibi cordi est flos castitatis, fuge occasionem. Ecce hostem! quem fugisse est. Euseb. Emiff.

2. Ad tempus duntaxat statuerat Paulus, se in solitudine mansurum; verum illum Deus tot delectationibus eius cumulavit, ut mundum & voluptates aeternae valere iusserit. Quid timetis ignavi? vocat Deus vult vos mundi vinculis expediri: probate, experimini, quam jucundum sit Deo penitus committere sese. Vix bene coeperitis, cum fugient omnes difficultates? imò purioribus deliciis affluetis, non. *Omni homini converso non subtrahuntur delicia, sed mutantur.* Aug.

3. In hac solitudine annos 80 perseveravit, nullum viderit hominem, præter S. Antonium, qui divino ductus spiritu eum invisit. ignescis tu quod in initio, sed igne stramineo, qui proxime extinguitur. Macte, perge, tanti est Deus, tanti est aeternum, ut in cæptâ virtutis viâ constanter ingrediaris, cuius Deus tempus laboris exiguum, remunerationem mensuram. Euseb. Emiff.

S. Ful